



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 123. An aliquis dispensans sine potestate dispensandi aliquando  
dispenset validè: & quando sciens facit, an incurrat aliquam pœnam  
Ecclesiasticam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

Apostol. pro Societate J E S U. Sed cum Verbi dico me hoc in nullo alio invenisse , nec repenter in Compendio privil. neque in nova editione Instituti invenio ullam appendicem ad litteras apost. Hinc standum sententia communis, quod omnino tum necesse sit iterum contrahere coram Parocho & testibus , quia forma Concilii nunquam est servata.

§95. §. 5. Docent Quintanadv. tr. 9. singul. 11. & Gob. tr. 10. n. 632. posse Mendicantes, ubi prilegium habent dispensandi , id facere extra sacramentum , etiam cum absentibus, ideoque ait Gob. n. 604. si Parochus scribat Confessano Religioso habenti potestatem , pero , ut dispensum cum Titio in petitione debiti , & Confessarius retribuit , dispenso , si causa subsit , fore satis : sed Avers. q. 19. f. 3. in hoc ultimo contradicit , quamvis cum Portel & Dian. p. 3. t. 2. R. 14. admittat posse ab ipso Religioso per Provincialem deputato fieri extra sacramentalem confessionem. Posse autem Episcopos cum taliter impeditis etiam post Matrimonium tantum ratum , & intra primum gradum dispensare ad petendum debitum , habet communissima cum Avers. supra contra Covarr. & alios , quamvis enim id Iuris scripto non concedatur , tamen ita habet consuetudo & praxis, quam Pontifices ignorare non possunt.

§96. Q. 123. An aliquis dispensans sine potestate dispensandi aliquando dispenseat valide : Et quando sciens factum incurrit aliquam penam Ecclesiasticam. Rq. §. 1. Secundum dicta l. 6. p. 1. à n. 112. & hic n. 84. si quis habens titulum coloratum per errorem communem facti putetur habere jurisdictionem & potestatem , quam tamen non habet , & quam-

quamvis sciat se eam non habere, attamen Ecclesia supplet, ubi potest, propter utilitatem communem; quod præter AA. ibi citatos egredi deducit Sperell. decif. 30. & 31. n. 10.

§. 2. Quamvis graviter peccet, qui sciens se 897. carere potestate, temere dispensat, attamen non inveni penam aut censuram à Jure annexam esse isti temeritati. Bulla cœnæ excommunicat quidem usurpantes jurisdictionem Papalem, sed videtur loqui vel de jurisdictione rerum temporalium, vel si eam aliquis sibi vellet attribuere excluso Papâ, aut planè independenter ab illo.

Q. 124. Quid unversim notandum sit circa causas 898. dispensandi. R. Ante omnia supponendum est cum Trid. sess. 25. De ref. c. 18. sicut publicè expedit legi vinculum quandoque relaxare, ita ex causa & cum delectu esse faciendum. Et generatim de omnibus causis dispensandi, dixi à n. 819. Inter causas autem speciales est *angustia loci*, id est, si in loco originis, vel ut alii volunt, etiam domicilii tui sit defectus personæ non impedire, aut æqualis, aut tibi aptæ ad Matrimonium, durum enim est, præsertim fœminæ, deserere locum originis aut stabiliti domicilii, aut cogi ad contrahendum cum impari, vel sibi non apto, ut pluri- bus explicant Gob. tr. 9. à n. 644. & Krim. à num. 2071. notans angustiam loci allegari etiam pro viro. Nec illi cause obest posse haberí parem in locis vicinis, Sanch. I. 8. d. 19. n. 13.

§. 2. Inter causas dispensandi in gradibus 899. consanguinitatis & affinitatis est etiam, si puella sit superadulta, id est, excedens 24. annum, & hactenus non potuerit nec adhuc possit invenire alium sponsum paris conditionis: hinc in his partibus dispensavit aliquis Episcopus, quia

Q. q. 4

puella